



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 2. Accesserunt ab Ierosolymis. Mordent illi, velut Cerastes, discipulos: discipulorum enim defectus ac filiorum, in Magistrum parentesque deuoluitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

pinquant mihi, appropinquant igni; quod si tibi dixerint, accedite ad eum: ignis est clarissimus, qui illuminat, aduerte nihilominus, quod si palea fueris, & talis ad eum accesseris, te omnino consumet: Beati qui proximi sunt (loquitur Orig.) & qui ita proximi sunt, ut ignis eos illuminet, non aduar. Si autem fueris, accede, purificaberis, emundaberis, verum si foenum, si palea, comburens, in cineresque redigeris. Si palea culcitram cerueris, quali hic veteris, amplam, rotundam, extantam quae illic à longe videret ignem stamalgue in caelum exurgentes, ad multa miliaria lucentes diceretque, festine flammam extinctura, accedam, & me igni superinijciam, eundem suffocatura. o ter stultam culcitram, quae cum tota paleis & stramine componaris, ad ignem accedis: Accede, vehementior accendetur ignis, & tuis ipse expensis flammam attollet altiores, viuacioris, clariores, tuque combusta in cineres fauillasque redigeris. Christus Dominus ignis est diuinus, & vorator: Deus noster ignis consumens est. Synagoga culcitra erat straminea, cunctique eius Principes, non nisi inanis palea. Forum caeremouae, ieiunia, elemosynae, phylacteria, simbriz omni vere virtutis tritico vacua: Omnia sua faciunt, ut videantur ab hominibus.

Deut. 4. 24.

II.

Deus

ignis Sy-

nagoga.

palea est.

Luculenter illos ipse Dominus descipit, per

3 Prophetam, & tique qui illos intras, & in cute no-

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

Usc. c. 8. 7

sa tua, & in medio Synagoga elidat te, quoniam maliciose accessisti ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia: verba quae simulatis optine quadrant hypocritis. Et certum erat tale quid populo adeo impudenti obuenturum, qui ex proposita detreuerat voluntate Deum ipsum culpam redarguere. Mea quidem sententia, prauidet illos in spiritu lob eo capite, quo ex iudicio D. Ambr. de Christi mysterijs vaticinatur. Hos audivit, quae ratione hac occasione Christum conueniant, alijsque similibus occasionibus, & praeter mentem delusi, consumendi forent, & pudore confunderent. Quo curritis heu infelicis! Christum reprehensuri? Si voluerit homo contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis resistit ei, & pacem habuit? Quis transfudit montes, &c. Pendite cum quo luctaturi, quae impeturi contendatis. Alterutri fidere potest qui cum altero congregatur, aut sapientiae & astutiae, vel robori corporis. In duobus vos infinitè praecellit Dominus ille, quocirca scitote, illum nequam superabitis, quantūlibet scitatis, & quantūlibet vestrae sint astutiae: ipse namq; solus plus omnibus hominibus Angelisque simul comprehensis nouit insinuas: Sapiens corde est. Pectori suo utrum Dei concludit sapientiam, cordium rimatur secreta, cunctaque describit tui pectoris arcana. Sed nec illum virtus euincetis: eius etenim tales esse nouimus, ut transferre queat montes, solis in caelo cursum remorari, terrā de loco suo commouere, &c. Considerate, quod dum eum intenditis culpate, contra vos ipsos torquetur argumentum, & eo quidem modo, ut vos coram omnibus rubore perfundat: sicque st. D. Aug. alij. que completum hic praetendunt. Haec vatis oraculum: Ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei. Haec summa est hodierni Evangelij.

§. 2. Accesserunt ab Ierolymis. Mordeant illi, velut Cerastes, discipulos: discipulorum enim defectus ac filiorum, in diabolium parenteque deuoluitur.

Accesserunt ad eum ab Ierolymis Scribae & Pharisei. Morabatur Redemptor noster in Galilea; multis miliaribus à Ierusalem, ut aduertit D. Chryostom. quò secesserat, quarebant enim illum Iudaei interficere, hoc namque notabat D. Ioannes, dum diceret. Ambulabat Iesus in Galilea: non enim volebat in Iudaea ambulare, quia querebant eum, Iudaei interficere. Ibi Iesus mirabilia

Eccles. 1. 37.

fuerit hypocrita in conspectu hominum, neque scandalizetis in labijs tuis, ne forte cadas, & adducas animam tuam in honorem tuum, & reuelat Deus nefas.

mirabilia magna operabatur, præminabat autem inter hæc multiplicatio quinque panum & duorum piscium in quinque milia hominum; de quo die Dominico latius. Hæc opera prodigiosa diuini ille ignis euihrabat, vt flammæ splendidiſſimæ: as adeo ſublimis, vt per mundum viderentur vniuerſum. Erat autem velut inanis culcitra Ieroſolymis congregatio I harifæorum; Scribarumque principalis: qui ſic habet. D. Chryſoſt.) cæteris erant totius Synagoge illuſtriores: Ab Ieroſolymis hoc eſt, maioris auctoritatis & nominis: non enim temere hoc ſignificauit Euangeliſta. Rabida illi contra Saluatorem invidia ſtimulati flammæ illas præfecare ſtatuērūt. Quis illos videret, quàm acriter totam perturbent ciuitatem; omnibus incitantibus ea quæ ſacra illorum ſtatuerat implere congregatio: nimirum quod acturi erant cum Chriſto, vbi cumque terrarum fuiſſet, de maximi cuiuſdã criminis ſuæ ſcholæ reparatio e. Quàm diligenter ſibi multos ſternunt, ſamulos conciliant, veſtaria componunt? Quo ſtrepitu Ieroſolymis penulis pluralibus cooperi diſcedunt, turmatim, toto ſpeſtante ſtupenteque populo! Inquirunt omnes: quo properat cœtes ille Phariſæorum Doctoremque conciliat: quæ res tanti momenti peragenda ſeſe offert, quæ illis ad iter tam longum arduumque compellat? quid criminis commiſit Chriſti claſſis, vt tanto ſtrepitu purpurati Ierufaſalem petant Chriſtum de hoc inſtituti: ſtudentiſti verſpelles, vt illud, quod iam acturi erant, cum nihil in ſe eſſet, nulliusque ſubſtantie, eſſe aliquid videretur; ob circumſtantias quibus illud palliabant, mulier enim licet non ſit digito maior, turris eſſe videbitur, ſi calceis illam indueris altioribus: & quantumlibet vilis ſit & abieſta, ſi pretioſis illam ornaueris, ac monilia appenderis, totius vrbis & orbis diſtiſſima eſſe iudicabitur. Ea de cauſa tanta pompa, tantoque ſtrepitu Phariſæi, Scribæque proficiſcuntur.

III. Non malè dixerimus, ſi illos à dæmone agitatoſ aſſerimus, vt auctoriſtati nominique detrahant Chriſti diſcipulorum, qui (ſicut ponderat D. Aug.) maxime laborat calumniari, denigare, ſamamque lacerare coram populo electorũ Dei, ne leclerati quiſque à nequitia ſua reſiſtant ac conuertantur, dum eos eſſe peccatores intelligunt quos eſſe ſanctos mundus arbitrat, & eſſe peccatores in iſtis nihil ſit ſingulare, enim & illi quoque ſunt, qui ſancti eſſe iudicantur: Ideo de templo non putent aliquos eſſe bonos, & tradant ſe rapientibus. Iſtò idem dicitur: & diſſipandos, dicentes apud ſerſer.

quis eſt qui ſeruet mandata Dei: cui quis eſt, qui ſeruet eaſti: aitem?

Hoc tamen emiſſo, vide quales proficiſcuntur. Quo currit culcitra ſtraminea, vt clariffimas Phariſæi ignis diuini flammæ exſtinguat, & ſplendorem Chriſti lucemque ſignorum Chriſti tenebris perſtingat diſcipulos reddatque viliffimam. Licet ſuperſicialiter eo tunc accendant vt de eius diſcipulis conuerſantur, non tamen in illos ſed in illum ſpicula dirigiunt. Nomini eius detrabere ſaragunt, ex omni illum parte conſiderant at in eius perſona nec atomũ carpendum inueniunt. Hoc norunt, diſcipulorũ errata communi voto magiſtris adſcribi, hac via incedunt, conati diſcipulos de defectibus arguere, vt ipſos in præceptis re redarguant. Experti diſtinctiores, qui ad pedes collinant, vt caput ſeriant. Hac quoque arte & altera vice ſi fuerant: cum enim Chriſtum vt gula deditum notare vellent, dicentes: Ecce homo vorax, & potator vini, illum acceſſerunt contra diſcipulos deponentes querelas: Quare diſcipuli tui non ieiunant ſicut diſcipuli Ioannis? q. d. ex diſcipulorũ operibus qualis poſſit magiſter eſſe colligitur. Diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, vnde colligimus Ioannem ieiunans eſſe. additiſſimum: quod autem tui non abſtineant, iudicium nobis eſt, quod nec tu ieiunans: non enim illi contrarium quid agent ei quod in te notant, tuque illos doceas.

His Chriſti Saluatoris inimicis, illud optime conueniat quod Jacob Patriarcha de filio ſuo Dan proloquitur, quod D. Gregor. de Antichriſto intelligit, & iam dixit D. Ioannes, quod quicumque contra Redemptorem pugnat, eſt Antichriſtus: Fiat Dan coluber in via, ceraste in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius. Multa referunt de Ceraste philoſophi qui de natura diſſerunt animalium, nominatum autem Plinius & Solinus teſtantur, ſpeciem eſſe quæ ſiſerpentis aſtutiſſimi: quod ſatis ita eſſe ſuo demonaſtrat facinore: aduentare conſpicit equitem forma decorum, viribus pollentem, veſtitiu pompaticum, qui ſpectatorum omnium ad ſe trahit oculos: in hunc rabida excaudet inuidia, nec illum ex aduerſo præſumit irpetere. ſed in via occurrit, ſe pulvere terraque contegens later abſconditus, accedente vero nobili equite, latenter appropriat, ſimulate mordet vngulas pedum equi, quatenus moſtu ſtimulatus huc illicque fugens diſcurrat, cadatque aſcenſor eius rectorum: Vi cadat aſcenſor eius: Eques cœliſtis erat Redemptor noſter, talem

IV.

cap. 1. L. 31. Mori cap. 1. Gen. 49. 17. Cerastes VI. Apo. 19. Apoſt. 1. Soluato- riſ.

H h h 3 etenia



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

etenim vidit illum D. Ioa. in sua Apocalypsi. Sic equum Apostolorum suorum cupit ascendere, quia per ostendit ipsum deferaat vniuersum. Ad hoc ille viam ipsi aperit, de quo vasis Habacuc illud interpretari licet: *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum*, & de quo Zacharias praxiit (vt ad litteram hoc intelligit D. Cyril.) *Posuit eos, quasi equum gloriae suae in bello.* Applaudite metaphoram, nomen miramini, ab equite desumptum, cui talis famularatur equus, quo de suis triumphum agit inimicis, velut ille de quo cecinit Virgilius.

*Etur delectus equum duci iubet, hoc ducit illi,*

*Hoc solamen erat bellis, hoc victor abibat.*

Tales fuerunt Apostoli, qui licet ex se nihil essent, plebs vilis & infimae conditionis, sua tamen virtute eques hic adeo fortes illos effecit animosos adeo ac tales, vt per illos & in illis de cunctis triumphum duxerit imperij: vitiis Romanorum totius orbis, quoniam & inferorum.

Aduerte vero, quod licet plures sint, illos tamen Zacharias nomine compellet singulari: *equum*, quia plures licet fuerint quoad personas, vnicum tamen omnes constabant equum, ob vnitatem fidei Sacramentorum, Deique quem per adhibebant. Ea namque de causa ait Apostolus: *Muli: vnum corpus sumus in Christo.* Nec non conuenienter de illis, & de praedicatoribus omnibus intelligit moralis Gregorius illud Dominum ab Iob, ipsos sub symbolo describens equi generosissimi, quem de conditionibus laudat admirandis: Deus etenim est, qui robur illi peccatoris ministrat adeo potens, vt nec lauos, nec tympana nec aduersi timeat exercitus clangores turbatum, quoniam hae illi omnia vires animorum suggerunt ad tanto bellum suscipiendum feruentius: *Numquid probabis equo fortitudine, &c.* Hic igitur erat equus nostrum celestis equus. Non praesumunt cerastes illi proditores astuti colubri, pleni veneno mortifero coram & facie ad faciem Christum, adoriri, nec & ex diametro occurrere: solebat enim solo suo responso confusus illos procul illinc ablegare: nam igitur celant peruersitatem sub figura ac demonstratione zeli, sicla Redemptorem accedentes reuerentia, sub hac latent perfidi, & aculeo linguae suae mordentes, mortifero manus equi, scilicet Apostolos, illos de manuum defectibus accusantes, quas minime lavant, quo in observandis veterum consuetudinibus, suisque deficiunt traditionibus, vt per illud dignitati

Christi, samaeque, tenebras obducant Aegyptias. Notum quippe est, discipulorum defectus adscribere praecipitoribus, illis imputatur culpa, & ab illis poena repetitur, sicut a parentibus filiorum, a matribus filiarum, a Dominis seruorum, a duce militum, a Gubernatore populi secularem ratio flagitatur, illis etenim singulariter incumbit subditos ducere, docere, corrigere, punire, reformare. Promde, vel norunt illum defectus, vel ignorant: Si norunt, nec illos corripiant, illis conseruiunt, & eodem cum illis crimine inuoluntur, qui illos committunt: omnes etenim illud admittunt Apokoli: *Digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Si ignorant, non ea, qua debent vigilanti ac sollicitudine membrunt, seque per hoc ostendunt esse negligentes, nec minoris criminis reos arguendos.

Norunt omnes mirificum illum agendi modum Diogenis Cynici philosophi: hic tempore luto plateas perambulans iuueni occurrit Diogenes adeo immergero, vt pede lutum pulsans eo Cynici philosophum foede commacularet. Hic Thomas Chabundus adolescentis adit paedagogum, ille miratur que duplicem insigit alapam. Miratur quia de causa: non ego te luto conserpsi. Verum etiam vestra contigit culpa, si namque tuus fuisset paedagogus, qualem esse te decebat, discipulum tuum moribus instituisse probioribus. Nec necesse est prophanas adducere historias, mille namque nobis occurrunt sacrae ac diuinae. Populi Dei milites inhoneste se gerunt, cita: Moyses Dominus, illique mandat, manus iniiciat ducibus, illosque ad ipsam lucem meridiana, quo cuncti illos videant, suspendat in patibulo: *Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem.* Labuntur in luxuriam filij Heli Sacerdotis incompotitis suis populum scandalizabant actionibus: vocat Dominus Samuelem Prophetam, illi praecipit, Heli Pontificem conuenias, indicetque certissime, quod dignitate, vitaeque sit multandus quodque ab eius familia domoque Sacerdotum auferretur: si namque filij eius in nefanda corruerint seclera, haec illi imputentur, eo quod non debite correxerit peccatores: *Eo quod nouerat indignae agere filios suos & non eos corriguerit eos.* Factum hoc admiratur D. Chrysofostomus & diu multumque perpenderit. Nota causa: (monet) primo: qualis fuerit Heli: *vis erat uisus pius, populo Deoque adeo gratus, qualem illi uisus Spiritus S. describit: Senex erat vis & grandis, dignus, & honorabilis & ipse indicauit Israel quod in diebus illis uisus erat legit D. Chrysofostomus. Perpende*

Abac. 3. 15  
Zachar. 10. 3.

Virgil.

Iob 1. 39.  
17.

17. de quod illum pleno ore deprædicit se nem: *Se-*  
*nece erat vir.* Nomen est, quo Spiritus S. nedum  
 annosum in iocac grauita em hanc enim iam de-  
 clarauit: addeus: *Grandæus*; sed prudentiam iu-  
 diciumque signat, quo de illo pleno gutture di-  
 cere liceret *Senex vir.* Et hoc (inquit) acerte,  
 cum quadraginta annorum spatio, populum il-  
 lum efficienem, ac sediciosum pacificè rexit,  
 amota omni commotione, non tamen fuerit qui  
 de eo loqueretur vei bum malum.

Nota secundò: quod filij Hei iam essent  
 perfecti coniugati, & vt iura nominant, emanci-  
 pati. Nota tertio, quod auditis contra filios que-  
 relis, illos coram se citauerit, grauitèque repre-  
 henderit filij mei mente reu. h. e. quæ de vo-  
 bis spargantur mala, quod hæc & illa faciatis à  
 vobis minime facienda, vestrum enim peccatum  
 contra Deum militat: perpendite, quod ne mini-  
 mum in proximum vestrum auderetis com-  
 mittere, qui Deo iuro est inferior, eius timore  
 perterriti, quantum magis contra Deum: *Quare*  
*facitis res ruitis modis, quas ego aucto, res pessimas*  
*&c. Nolite filij mei, &c. Si peccauerit vir in v. h.*  
*placari ei potest, &c.* Tandem considera, quod  
 Hei non viderit ea, quæ filij sui faciebant, cali-  
 gauerant enim illi ocelli præ senectute, solum-  
 modo rumorem eorum audiebat, quæ sibi ab  
 his & illis referabantur, qui nec omnia enarra-  
 bant, nec ille tantis fidem adhiberet. Nihilomi-  
 nis illum non minori Deus puniuit supplicio,  
 quam vitam illi lamentabili discessu aduen-  
 do, ac iure successione in summum Sacerdotium,  
 quo domus eius gaudebat, spoliando. D. hic ex-  
 clamat Chryostomus: quæ cælorum Domine  
 hæc tua seueritas? An non tibi potuit Hei re-  
 spondere, cuius culpæ reus ego sum in eo quod  
 mei perpetrant filij am matris iam patre: fami-  
 lias? Numquid & illud replicate potuit, quod  
 postmodum parentes ceci uati Pharisæis: *Eia-*  
*tem habet, ipsum interrogate.* An non aduersus  
 (inquit D. Chryostom.) quod pater erat eoque  
 casu, filiorum illi fruent adhibenda scelera,  
 præsertim cum illos senectè non corripuerit? Nō  
 iustificabat illos verbis corripere simplicioribus,  
 sed vi verbis oportebat asperioribus, minaci-  
 bus, de patris conspectu demittendi, bona il-  
 lis erant auferenda, quini non, cum & iudex po-  
 pulo præfideret, manibus flagisque castigari-  
 di. Audite D. Chryostomi de hoc iudicium:

D. CHRYS. *Non omnia qua fuerint agenda, vt peccaverit in*  
*uicio, molius est, nam manus ille addece debue-*  
*rat, & à suo conspectu eos amouere, neque ab-*  
*dicere, & verberibus afficere.* Ita iusticia sua

det vt in parentibus filiorum delicta punian-  
 tur.

Obijcies (inquit) quomodo igitur videmus  
 parentes plurimos, quorum nefandam filij vi-  
 tam tradunt, à Deo minime castigari: Eras;  
*Vnde acerba & intempestiua, mores: vnde morbi* D. CHRYS.  
*perpetui: neque grauisissimi plerumque liberis nostris*  
*inferuntur: Vnde domus & incommodis afficiuntur*  
*vnde casus varios: vnde calamitas & mala inu-*  
*mera quotidie patimur? Et horum omnium aper-*  
 ta est (inquit) ratio. Quæro vter maiorem tuo-  
 rum teneatur curam habere filiorum, tunc an  
 ego? Manifestum est, te magis obligari. Primò:  
 quia feruentius illos amore diligis naturali.  
 Secundò: sunt tibi ad oculos, sunt ad manus  
 promptiores, sunt tibi, vt de illis disponas, victi-  
 ores. Nihilominus hoc scio, quod & de illis  
 à me Deus sit rationem exacturus, & mihi eo-  
 rum delicta, si quæ habuerint, imputaturus: hoc  
 quippè (inquit) est quod superioribus iniungit  
 Apollolus, vt vigilarent: *Quasi rationem pro ani-* Hebra. ca.  
*malis vestris reddiduri.* Ita vt, eo modo quo mea- 13, 17.  
 rum teneor reddere rationem adionum opo-  
 runque singulorum, simili quoque modo & ve-  
 strarum, filiorumque vestrorum, qui sub cura  
 mea oves depis, adionum tenebor reddere  
 rationem, quantum igitur strictiorem à vobis exi-  
 get rationem, qui patres estis, rerum quæ ad  
 filios vestros pertinent: Et quantum vobis eo-  
 rum imponet delicta seuerius? Hoc quippè  
 in confesso est, filiorum delicta imputari paren-  
 tibus.

Congruum valde censuit D. Clemens Ale-  
 xand. esse iudicium cuiusdam Comici, qui Do-  
 micul-  
 am viden, per plateas obambulantem quæ iudicium.  
 pedissequa sequebatur in eam posita, subridens, & L. 3. Paula-  
 signa ostentans ait: Me hercule leuis & inho- go. cap. 11.  
 nestra sit necesse est hæc domina, & ratio sit  
 hæc, inquit D. Chryostom. *In dominam enim* D. CHRYS.  
*retorque: ut ancilla in eam perantia.* Liquidum est  
 argumentum, quod domina talis non esset, qua-  
 lem decebat, cum pedissequa talis esset, quæ il-  
 lam comitabatur. Si scire volueris, qualis sit pa-  
 ter, eius filios intue, sunt enim illi facies in  
 qua pater manifestatur: & sensu quodam dicere  
 potest quilibet filius: illud quod aiebat qui li-  
 berorum omnium exemplar, normaque præ-  
 fult: *Qui videt me, videt & patrem meum.* Iam. 14. 4  
 Filius Iosus, luxuriamque deditus tibi dicit ra-  
 lem esse & patrem suum, filia senectus afflicta  
 prospicere, vaga stultaque, qualis sit mater,  
 tibi significabit. Seruus aleator iuramentis ad-  
 dictus, qualis sit Dominus suus, indicabit, audi-  
 tores

tores & discipuli qualis magister, sic manifesta-  
bunt.

*Gen. 73. de  
temp.* Ex eodem principio deducit D. Augustin. (&  
prior illo dixerat idem D. Ambros.) rationem  
cur Abraham immolauit Deo filium suum

*VI.*  
Cur Abra-  
ham Isaac  
ligarit  
eum in altare  
super fructum  
lignorum. Ad quid li-  
gavit eum de quo timebat? Licet D. Pet. Chry-  
molatu-  
rus.

*Gen. 22. 9.*  
D. PETER.  
CHRYSO-  
SOM.  
Serm. 46.  
Ep. 55. de  
temp.

vinctus; communis tamen credit opinio Sancto-  
rum, quod illi dixerit, Deique filio mandatum  
expoluerit, ad cuius impletionem erat in holo-  
caustum offerendus. Ita docet D. August. & per  
hoc voluntarie suscepit Isaac mortem, quam illi  
pater parabat inferre, ut vera viuamque Christi es-  
set figura redemptoris. Si igitur hoc ita sit, cur  
illum Patriarcha pater alligauit? Quia, licet  
Isaac voluntarie mortem acceptaret, timebat  
nihilominus Abraham (inquit D. Augustin.) ne  
filius cernens gladium euaginatam, capiti im-  
pendentem, oculisque irradiantem, forte aut ti-  
more, aut dolore mortis percussus motum ali-  
quem ederet in compositum, ad cuius tam he-  
roico inde centem, qui Deo fiebat spectatore, in  
eiusque obsequium *Vincitur innocens bestia* (ver-  
ba sunt D. Ambros.) *ne offerentis deuotio putaretur,*

*D. AMER-  
LAB. 1. de  
Abraham  
c. 8. To. 1.*

*se minus aliquid excludere, si impatientia doloris  
victima calcitraret. Neque filio manibus suis vincu-  
la pater per refugio filius, & vi ignis exultus,  
peccatum incurreret.* Viriisque dicta subuliter  
describit noster Cardinalis Caietan. *Cerne suspen-  
dam obedientiam, mansuetudinem ac fidem Isaac,*

*Gen.*  
*non resistentis patri, cum facile posse euadere, &  
credentis diuino precepto per patrem illi patescero.*  
*Vnde ratio ligandi, non fuit timor, ne Isaac fugeret  
ab altari, ut aries aut vitulus cum mactatur, nisi  
sit ligatus, sed ne involuntarij (vispote naturalis.)  
motus membrorum, in actu iugulationis insurgen-  
tes, orinatum compositumque suum victima ex-  
turbarent, in nonnullam indecentiam diuini sacrifi-  
cij. Patri incumbit ligare filium, ne motum e-  
dat in compositum, quem si ediderit, aut recalcit-  
traret, velut pullus equinus, patri delictum im-  
putabitur, qui illum non satis stricte ligauerit,  
non melius instruxerit.*

*¶ 8*  
*Orat. de  
Machabais.  
Li. 2. Ma-  
chab. c. 6.*  
Insuper & hinc deducit D. Gregor. Nazianz.  
laudes illustrissimi quondam equitis ac nobilis  
Eleazari: De illo loquitur Spiritus S. cumque  
mirifice extollit: quia vero statim post eum men-  
tionem influit martyrij septem iniuictissimo-  
rum fratrum Machabæorum cum matre sua,

crebit predictus Sanctus, illum fuisse Eleazari  
coniugem, illos vero utriusque parentis filios: Eleazari  
opinatur autem, quod idcirco Spiritus S. virtutem  
eorum, fidei, fortitudinis, patientiæ, & con-  
stantiæ celebraret encomium, ut tanto fieret  
gloria Eleazari patris illustrior, omnibusque  
manifestior, filiorum namque virtutes, bonæ  
fuerunt educationis fructus, qua pater liberos  
educavit, vnde & illas Eleazaro voluit Spiritus  
S. adscribere. *Liberorum enim recte facta, paren-  
tibus adscribere, summa est equitatis.*

*D. CAN-  
NAZ.  
VIII.*  
Sublimi sua clarus doctrina ponderat Doctor  
Angelicus D. Pauli argumentum, qui data ope-  
ra de quibusdam agit ad propriam laudem spe-  
santibus, non vana stimulat gloria sed falso-  
rum pradicatorum calumniis inductus qui do-  
ctrinæ suæ ac dignitati tenebras offundere mo-  
liebantur, sic itaque exorditur: *Incipimus iterum  
nostre ipsos commendare? Aut numquid egeris, si-  
cut quisdam epistolas commendatitias ad vos, aut ex  
vobis? Num forte in propriam excurro laudem,*

*aut quis sim dicens, me ipsum aliud: effero? vel  
forte epistolas procuro commendatitias ab  
aliis, quibus mihi conciliem auctoritatem, meas  
quod buccinent condiciones, qualisue referant,  
meo fungar ministerio, sicut alij: qui non alio  
fulgent de sua persona testimonio, quam quod  
ab aliis precatio monstrent emendatum? Abist  
hoc: qualis etenim ego sum, clarius & melius in  
meis apparet discipulis, quam quibuslibet auctori  
relationibus verbisque queat explicari: Epistola 2. Cor.*

*nostra vos estis scripta in cordibus nostris, qua scri-  
tur & legitur ab omnibus. Ve quis sciat, quales  
sunt alij pradicatores, litteras proferunt com-  
mendatitias & narratiuas. Has ego nolim pro-  
ferre, sed vos ipsos, meos auditores, Vos ipsi scitis  
litteræ certificant, epistolæ in mei scriptæ com-  
mendationem, quæ certius testentur, qualis sim,  
quam quælibet possint litteræ verbaque testi-  
ficari. Vos ipsi epistola estis vita, litteræ testimo-  
niales, quas ut qualis sim, cunctis profero perle-  
gendas. Vos ipsos cordi meo scriptos habeo, totus-  
que vos mundus videt & cognoscit, & in vobis  
ipis fidem perlegit viam, spem certam, serui-  
dam charitatem, ieiunia, vigilas, elemosinas,  
patiendi pro Christi nomine desiderium. Hæc  
in vobis contemplantur, hæc quis ego sum,  
protestantur, quod vester sim magister, & pater  
spiritualis, qui vos deducit, docet & instruit.*

*Di. 1. de  
Duo. de  
Sim.*  
Nosse vis (quærit D. Hieron.) qualis sit præ-  
dicator? Auditores attende, & audito sermone in  
lachrimas compungantur, si respiciant, si me-  
liores euadant, si comitii discedant, si bonis de-  
diti

diri cogitationibus, si se moribus ostendant esse permittos. Nolle desideras proceptorum? Perpende, num discipuli proficiant, num modesti, ium sit morigerantia: enim facies est, ex qua pedagogus agnoscitur.

Hinc & ego collegero, me talem qualem contemnit, non esse i radiceatorem, cum vos ipsos considerando, tam exilis modicaque cognoscatur morum emendatio, tam tarda mutandi vitam sollicitudo, tales estis in medio quadragesima, quales eratis in principio peccatores. Quae facta restitutiones alienorum? quae pro commissis sceleribus profusa lacryma? quae xenodochia elemosynis roborata? quae puella leniores iunctae matrimonia? quae pura confessiones? quae devotae comminationes? *Detrimendum peccatoris*, (siquit D. Hieron.) *Peccatoris ignominia est.*

§. 3. *Videntur illi apes esse, sed vespa sunt: sapientiamque vitia virtutes esse videntur.*

Conformiter praedictis hi non praetendunt, corripere aliquem in Christi discipulis defectum sed commaculare Magistrum & mirabilem operum eius splendorem obfuscare. Hinc capimus, cur illos tam seверо Saluator vultu receperit: cur ut hypocritas acutissans repulerit, qui aliud praeferebant exterius, & aliud praetendunt interius. Ignoscat mihi Deus, Domine: illius indignaris? Nonne nos tu heri docuisti, ac mansisti, ut quicumque in fratre peccatum adverteret, vadat & illum corripiat? Aduenerit illi, suo iudicio in discipulis tuis defectu, quod servata in populo statuta moreque transgrediantur, quod ad minus aliquid potest parere scandalum illis qui hoc vident, idcirco accurrunt te de hoc monituri, ut ille defectus corrigatur, & quid igitur excaecatis? Vaque, & optima ratione, licet etenim praetextu corripienti venire v. debantur, nihil tamen in animo minus reuoluebant: hoc vitium erat eorum studium, Christo detrudere, in eius classis discipulos errata configendo. Non accedunt moti charitate, sed merendi, ledendique desiderio furiosi, odio diabolico, limoreque in Christum instigati. Ministri sunt demonis quibus sibi parualet aduersarius Deo, id imitatus, quod olim Deus contra ipsum, per alios suos ministros, cyniphe, vespaeque effecerat. Inter opera Dei mirabilia, quando populum ad terram deducebat promissionis, hoc non minimum fuisse describitur: cum sese populo Dei barbarae plures fortiter opponerent nationes, quo proposito, vique pro-

gressum impeditent, in illas Dominus misit, non leones, qui illas eneca: et, non tigrides quae discerperent, non vrsos qui inter brachia costrictas colliderent, sed vespas, cyniphe, muscas. Res plane admiranda, quam ut talem sapienter expedit Spiritus S. multis Scripturae locis, nominatim autem: *Misisti antecessores exercitus tui vespas, & crabrones, ut paulatim illos exterminarent.* Excitavit Deus vespas & crabrones, ut illos suos morderent inimicos, qui populo sibi electo acriter se opponebant, quo vires illis euerarent, torquerentque, sicut & fecerunt. Hoc Dei facinus, fuit contra diabolum, illarum ferocium nationum Principem; quem ut Deum Dominumque suum agnoscentes adorabant. Eodem stratagemate diabolus hodie contra Deum uti contendit, excitat enim contra discipulos sibi charissimos vespas, muscas, crabrones, Pharisaeos, ut illos diuexerent, morderent, viresque labefacerent.

Quam aptum, atque admirandum illorum hystorographicum hodie, vespae & crabrones & Similes valde videntur apibus, crabrones, si sonu attendas quem alarum remigio edunt, nec non quoad formam ac sui corporis dispositionem: attamen dissimiles valde sunt in effectu: apis namque calore pectoris feruet admirabili, quo mel coepit dulcissimum, ceramque; constringit quae illuminat, eoque bombitu, quo volando pestitrepit hoc mel ceramque praetendit: vespa vero nihil horum agit, nihil intendit, sed mordet, insicit, eiusque morsus ad tui cordis intima peruadit: crabrones hoc tantum moluntur, ut te morderent, sanguinem tibi exsugant, teque grauius exacerbent. En tibi tales. Quales accedunt quo strepitu quo bombitu: Apes esse dixeris, qui veniunt ut corripiant: enim enim vir iustus, piusque facit, qui velut apis, sui pectoris calore feruens charitatis, licet pungeret videretur, mel tamen producit optimi consilii, ceramque lucis, qua peccatoris illuminet intellectum: ut heri diximus, sed non nisi vespae sunt, quae licet apum edant hominum, ostendentes, quod discipulorum veniant errata correcturi, non tamen aliud intendunt, quam Christum eiusque discipulos pungeret, famam, bonumque nomen atque auctoritatem lancinate, cordisque viscera transolere crabrones.

Ita pluribus contingit, qui de peccatis agunt alicuius, ostendendo, quod tantum intendant, illa emendare, & hoc ipsum est, quod omnium minimè praetendunt, sed potius calumniari, morderet atque proximi honori derogare. Accedis amicum tuum: Domine certe quidquam tibi narrabo, quod animam meam lancinat, & in tali noram, quod in talem ingrediarum domum, quod hono-

Sap. 11. 3.

II. Discimé inter apes & vespas.

III. Qui sunt vespae.

I. Diabolus Dei summa

Hieron. Bap. de Luminia. Tom. II.

111 rem